

pro rata cadente in scutis 24 mil. comparativè ad 32 mil. pro quibus emptio facta fuerat, ut ita concordia beneficium omnium creditorum commo cederet, assignando familia de contributo resultant. *ex toto tit. de leg. Rbodiam de factu inter plures habentes merces in eadem navi, quarum partem pro eisdem navis salute proicere opus fuit; Sive contributi inter plures mercium affluentes; si aliqua pars pereat, vel aliquam summam pro earumdem mercium preferatione, seu redemptione solvere oporteat, cum similibus, quæ habentur deducta in Romana contributionis de Cestis sub tit. de feud. disc. 89.*

Pro actore scribens, etiam cum sensu veritatis, dicebam neutram exceptionem subsistere, Quatenus enim pertinet ad primam, postea dicta vera conclusione, ut evictionis præventio ejus speciem habeat, ejusque actionem legitime producat, ex individualiter formatis in allegatis decisionibus, sequitur exinde factum dici casum succumbentis, quoniam ubi transactio validè, ac bona fide inita est, itaut tertium in ea non intervenientem quoque afficiat, ut in dictis decisionibus fructum fuit, exinde resultat eam censendam esse sententiam transactam in rem judicatam, cujus speciem continet, ac operationem transactio facit ad. *Text. in l. non minorem C. de transact. cum vulgaribus concord. unde ita pro ista rata, censetur quod per quemdam actum occultum sequuta sit succumbentia per rem judicatam executioni demandatam; Et idè quomodomodum si vera, & formalis succumbentia, & evidio sequuta esset in toto, diceretur absque dubio factus casus obligationis, ita fortius dicendum in præsentem, cum iniquum, ac irrationabile foret obicere emptori, quod negligendo evictionem in totum, per quam totum pretium repetere, omnesque creditores spoliarè poterat, ita eorumdem conditionem fecerit meliorem, quoniam esset lapsidare pro bonis operibus.*

Neque alicujus momenti erat obiectum omniis citationis ipsorum creditorum, quoniam in jure receptum est in quocumque judicio, vel actu sufficere citare eos, quorum principaliter interest, nullam vero subsistere necessitatem citandi alios accessorium, & consequentium interesse habentes ad. *Text. in l. unoquoque ff. de rec. judic. Caval. decif. 328. num. 2. Buratt. & Ad. dec. 371. Octob. dec. 179 per tot. ubi latè de judicio rectè agitur cum principali debitore ad effectum urgendi solvissimè etiam non citatum, & habetur deductum in Conversanen. sub tit. de jurisdict. disc. 2. atque ita in proposito advocandi pecuniam solutam creditoribus de pretio rei venditæ in casu evictionis, vel molestiarum, passim servat praxis omnium Tribunalium præsertim verò Congregationis Baronum, ubi hæc materia est frequentior, quoniam sufficit firmari creditum cum principali debitorè, ad effectum agendi contra creditores, quibus pretium est solutum cum obligatione de restituendo &c. dictique creditoribus aliud non suppetit refugium, nisi illud docendi incontinentem de clara injustitia obinentis, ex qua probatio, vel suspicio collisionis inter ipsum, ac principalem debitorem deducatur, cum tunc, ubi incontinentem de injustitia constat, audiatur, quia injustitia notoriam nullitatem causat, ubi verò justè evictio sequuta, vel præventa est, casus est indubitatus, nedum quia creditores non potest secundarium, & consequentium interesse habentes, de jure in principali judicio citandi non sunt.*

Sed clarior, quia licet ad effectum actionis de evictione, etiam contra ipsum venditorem necessaria sit litis denuntiatio illi faciendæ, Nihilominus in foro receptum est, quod si de justitia evictionis constat, itaut venditor pulsatus probabilem non habeat exceptionem, cum qua illam impedire potuisset, si emptor ad causæ defensionem vocasset, tunc non obstante denuntiationis omissione, eadem actio competit, quoniam eidem venditori obicenti adversus emptorem de omnia interpellatione replicari solet, dicat nunc id, quod, interpellatus, dicitur fuisse adversus evincendum, ut firmatur in eisdem hujus causæ decisionibus supra allegatis, ac etiam in Mediolanen. honorum 6. Junii 1647. Bichio, & sæpius, quia est propositio in foro recepta ex magistrati decif. 49. Affidit.

Quo verò ad alteram exceptionem contributionis, ultra quod in foro receptum non est *vetum Robustieri*, ut creditor anterior, sed emptor potestur teneatur ultimum creditorem, sed post pro libito eligere, & pulsare medios, qui pro eorum revelatione perquirant, & pulsent posteriores ex deductis per Salgad. in l. ab. p. 3. cap. 14. n. 10. cum seq. lolumque praxis servat, quod iudices, quamvis decernentes mandata contra intermedios, superledere solent in executione, donec ad istorum pulsatorum instantiam relaxen-

tur mandata contra posteriores, ut ita ab istis unico contextu, ac evitato inani circuitu, anterioris satisfactio sequatur, cum de reliquo, pecunia soluta cum obligatione de restituendo, de jure dicatur extare, ac fingatur esse super banco in una massa, à qua pro libito emptor evictionem in parte passus, ratam suæ reintegrationis necessaria reassumit.

Adhuc cessabat difficultas ex non intrant ratione contributionis, cui solum locus esset, quando æqualis esset omnium creditorum conditio, quia nempe omnes essent chirographarii, seu in gradu, vel privilegio partes fecus autem in præsentem, dum alii creditores venditricis ex causa onerosa; & correspondiva, dicta verò Lucretia erat creditrix ex causa lucrativa legati, & consequenter absque dubio postponenda omnibus creditoribus quamvis chirographariis, ac solum personale habentibus, ad quorum commodum tantum concordia totius evictionis impeditiva redundabat, itaut si emptor servando præsentium contributum, pro ejus reintegratione passisset dictos creditores ex causa onerosa pro eorum ratis, ipsi possent per reintegrationem agere contra hanc creditricem ex causa lucrativa avocando pecuniam sibi solutam, idè multo minus intrabat dicta exceptio continens merè innancem circuitum damnatum à regula dolo facti &c. & secundum præmissa judicatum fuit, licet Rei conventi non acquiescentes curaverint committi causam appellationis in Rota, ubi penderet, sed credo, quod eam non sint prosequuturi, quia eorum injustitia videtur clara.

ANNOT. AD DISC. XIX.

Emptor potest quidem prævenire evictionem, solvendod id quod ab evincente petebatur à venditore repetendum sed non tenetur id agere ut habetur *supra hoc eodem tit. disc. 16. n. 7.*

ALBANEN. PERMUTATIONIS

PRO VECCHIS.

Responsum pro veritate.

An ille regressus, qui, evicta re permutata competit permutanti ad rem suam cessante hypotheca, sit exercibilis contra tertium bonæ fidei emptorem, sed aliis particulari titulo translativo domini ex causa onerosa rem acquierentem.

SUMMARIUM.

- 1 Adi series.
- 2 Permutanti in casu evictionis datur regressus ad rem propriam.
- 3 Edictum de his que in fraudem, quando datur contra tertium.
- 4 An conclusio, de qua nu. 2. procedat, ubi res transiit ad manus tertii.
- 5 De eodem; & quod affirmativa procedat, ubi adest hypotheca.
- 6 Quod æquitas afficit permutanti, ut rem suam vendat.
- 7 Resignatio beneficii sub certa conditione non abdicat jus a resignante.
- 8 Quod venditor absque reservatione domini in re sua vincatur à creditoribus anterioribus emptoris.

DISC. XX.

Permutatis inter Defensum, & Paulam domibus, cum Defensius, vel ejus hæres, donatus à Paulo datæ evictionem passi essent, è converso autem domus à Defensio data per Paulum vendita, seu insolutum data esset ejus creditoribus, hinc pro veritate per dictos hæres consulatus sui, an eis competeret venditio propriæ domus à tertio, in quem distractæ erant.

Respondi, quod ubi ea continuaret in dominio permutantis, non dubitaretur vindicationem committere jure regressus ad rem suam competentis, ubi rei permutati evictio sequuta sit ad. *Text. in l. i. C. de rer. perm. ubi i communiter scribentes relati per Becc. conf. 86. n. 8. cum seq. Mangill. de evid. g. 140. n. 5. & qu. 141. n. 3. Surd. decif. 173. num. 13. cum seq. atque tanquam absolutum supponitur apud Franc. dec. 34. & alios, de quibus infra.*

Difficultatem verò dixi in eo consistere, quod domus prædicta non esset amplius in dominio permutantis, nisi quæ penes tertium titulo lucrativo, undè propterea locus esset

effect subsidiario edicto de bis, qua in fraud. creditorum &c. de quo pluries alibi præsertim sub tit. de Regal. disc. 1. & 29. ac etiam sub tit. de dote disc. 156. & 158. sed contra tertium possidentem titulo translativo domini ex causa onerosa, & in statu bonæ fidei quaesito, contra quem uni cessat remedium hypothecæ anterioris, ut in præsentem cessabat, regula est actionem non competere juxta dispositionem Text. in l. cum precibus C. de rer. perm. ut.

Super hoc autem puncto, quantum aliqua diligentia, tunc adhibita concedere poterant non reperii decisionem Rotæ illum examinantem, ac decidentem, idè ob regulam Text. in d. l. cum precibus, Respondi satis dubitare contra requirentes, dum cum eadem regula pertranseunt scribentes, ut antiquioribus relatis apud Franch. dec. 34. quæ videtur in materia magistratis, Mangill. d. quest. 140. n. 8. Faber in C. tit. de rer. perm. ut. diffinit. g. Hodiern. ad Surd. dec. 173.

Et quavis Boer. dec. 112. n. 13. Thomat. dec. 134. nu. 1. Mangill. d. quest. 140. n. 6. & g. 141. n. 8. & Gratian. disc. 34. n. 20. simpliciter dicant, dictum regressum juxta regulam Text. in d. l. i. C. de rer. perm. competere etiam contra tertium, atramen istæ auctoritates non satisfaciebant, quoniam excepto Boerio, Mangillis Gratian, & Thomat. unus alium transcribendo, ac more collectorum potius quam Doctorem, non discernendo, neque distinguendo casus, vel terminos cum solita cæca fide pertranseunt cum d. d. 173. Surd. in qua benè id firmatur cum fundamento hypothecæ anterioris exercibilis etiam contra tertium, quamvis ex causa onerosa, ac in statu bonæ fidei sit effectus rei dominus, sed punctus est, ubi hypotheca anterior deficiat, quod dicti collectores non expendunt, undè propterea tunc dixi habere difficultatem, neque adhuc occasio præbuit, punctum formiter disputare, maturamque judicium desuper efformare.

Licet enim quadam non scripta, & naturalis æquitas nimium permutanti assistere videatur, ut scilicet rei suæ dominium à se abdicare noluerit, nisi sub conditione adimende alias consentiam ab actu, quatenus scilicet cum effectu, ac irrevocabiler obtineat rem loco propriæ sibi datam, ad instant eorum, quæ frequenter habentur sub tit. de benef. disc. 34. & seq. & sub tit. de person. præsertim in Parmen. disc. 22. de resignante Beneficium ad favorem certæ personæ, sive sub reservatione certæ pensionis, ut resignatio non abdicat jus a resignante, nisi esse dum fortiorum conditio, fuit qua facta est, nihilominus rigor juris civilis in d. l. cum precibus in contrarium urget videtur, siquidem ubi quis vendit rem suam, habita fide de pretio, adhuc dici potest non habuisse animum de se abd. cad. dominium, nisi sub conditione, quod sequatur pretii solutio, & tamen cessante dolo ex parte emptoris, sive non adhibita cautela reservationis domini rigor legis civilis, naturali quidem rationi nimium repugnans, præsertim anteriores creditores emptoris eidem venditori etiam in re propria, ut hoc tit. disc. 3. quod quidem asperum videtur, idè quæ etiam in casu permutacionis adhibenda venit eadem cautela reservationis domini, ac manuum injectionis ad rem suam, cum ita cesset omnis questio.

ANNOT. AD DISC. XX.

Edictum de bis que in fraudem quando datur contra tertium ultra loca enunciatia in præsentem disc. nu. 3. vide sub tit. de jud. disc. 40. de Cred. in supplem. disc. 162. & conferunt deducta sub tit. de Donat. disc. 65.

ROMANA TENUTÆ

PRO PRINCIPE BURGHESEO CUM CREDITORIBUS DUCIS DE COMITIBUS.

Discursus in congressu.

Emptorem solvente partem pretii creditoribus anterioribus, partem vero ipsi venditori, vel creditoribus posterioribus, An creditores intermedii petere possint immisionem pro indiviso pro rata debitori, vel posterioribus soluta, admittendo tantum in emptore retentionem pro rata soluta anterioribus; Vel potius ei liceat retinere totam rem, aut aliàs consilium eidem esse possit pro assequendo.

Card. de Luca Lib. VII.

utione ejus, quod anterioribus solum est; Et generaliter, an & quando emptor agendo, vel excipiendo utatur juribus creditorum, qui cum ejus pecunia soluta in causam pretii dimissi sunt.

SUMMARIUM.

- 1 Adi series.
- 2 Emptor, qui partem pretii solvit creditoribus anterioribus, & partem venditori, pro hac rata pati cogitur immisionem creditorum posteriorum pro indiviso.
- 3 Declaratur dicta conclusio, quando procedat, & quomodo recipienda sit.
- 4 De æquitate, ob quam secundus creditor admittatur cum primo ad rem, super qua potest esse utriusque consilium.
- 5 Cessionarius representat cedentem in omnibus.
- 6 Creditor, ad cujus instantiam bona debitoris subhastantur, an possit ea emere.
- 7 Emptor, cui res evincitur in toto, vel in parte sed evictione imminente potest discedere à contractu, illamque habere pro re soluta.
- 8 De alio casu controversæ similis.
- 9 Cessio reportata à creditoribus dimissi cum pecunia in causam pretii, est inefficax, & resolvitur in quietantiam.
- 10 An, & quando emptor agendo, vel excipiando, succedat in locum creditorum, qui cum ejus pecunia sunt dimissi, distinguuntur plures casus.
- 11 Declaratur conclusio, de qua num. 9. & quando cessio suffragetur.

DISC. XXI.

Empta per Burghesium tenuta Torrechola à Duce de Comitibus pro pretio scutorum 40 mill. ex quibus pars soluta fuit creditoribus anterioribus, reportata jurium cessione, vel respectivè cum pacto de subinrando, reliquum verò solum ipsimet venditori, istius morte sequuta, aliqui ejus creditores pretendere cœperunt sibi competere jus petendi immisionem in Salviano interdicto (sed alio remedio in vim hypothecæ pro rata excedente id quod anterioribus solum fuerat; Cumque ob eisdem tenentæ diminutionem pretium, aliaque circumstantias, Burghesio possessori ad repellendas hujusmodi molestias sufficere posse obicere de retentione pro sola rata anterioribus soluta, itaut donec ista ei offerretur, molestari non possit; Hinc proinde convocato desuper ejus Advocatorum congressu, prævisi etiam, juxta laudabilem styllum, discursibus in scriptis pro veritate, cæteri seniores desperatum opus id reputabant ob speciales decisiones Cavaler. 652. dec. 465. post Cenc. dec. 165. p. 6. rec. nu. 13. cum seq. quæ est repetita post eundem Cenc. decif. 558. decif. 318. n. 26. cum seq. eadem par. 6. dec. 39. p. 10. Romana plateatici 12. Junii 1656. coram Bevilacqua, & in aliis; Quod scilicet cum pretium præsumatur justum, neque idem emptor ejus injustitiam allegare valeat, exinde resultat, quod firmato rei valore, dum jura anteriora, de quibus emptor excipere potest, absorbent solum partem, & non totum, idcirco debet in reliquo pati immisionem pro indiviso, quod etiam firmat Merlin. de pignor. lib. 4. tit. 2. quest. 44. n. 17. & 24. atque ita dicebant in Curia passim usu receptum esse.

Diverfa erat mea sententia siquidem dictam conclusionem procedere dicebam, quoniam emptor intendit perseverare in contractu, atque adhuc emptoris personam gerere, rem emptam jure domini ad limites contractus retinendo, tunc enim, quia non docto de lesione, pretium præsumitur justum, & si quod postmodum contrigi sit decrementum, illud debet esse suum, eodem modo, quo esset augmentum tanquam sequela domini, ut toto tit. ff. & Cod. de pericul. & commodo rei venditæ; Hinc proinde intrat ratio dictæ conclusionis, quod ita commode remanet utriusque consilium, cuilibet pro ejus rata, quod est dictarum decisionum fundamentum.

Secus autem ubi emptor, cui ex facto, & culpa venditoris afferentis rem liberam, violatur fides, atque non conceditur jus perseverandi in contractu, eo modo, quo ipse contrahere in animo habuit, unde propterea recedendo à contractu, atque emptoris personam exuendo, velit inducere diversam personam creditoris ex juribus cessis, & tanquam diversus homo, representans creditores anteriores, quorum jura obtinet; Tunc enim quemadmodum dicti creditores, si

L. 2. satis.

fatisfacti non essent, atque rem sibi hypothecam possiderent, illam, vel retinere possent donec de eorum credito satisfacti essent, præsertim ubi non est dividua, ita ut inret æquitas, de qua in allegatis decisionibus, & apud Buratt. *decif. 420.* vel prosequendo iudicium executivum pro sui crediti assentione obtinere possent rem exequi, & subhastari pro quanti vendi potest, ad effectum ut ex pretio eis prius satisfacti, & id quod superest remaneat solum posterioribus; Ita idem peti potest per cesionario, qui succeditur in universum locum, gradum, & jus cedentis, cuique personam in omnibus representat ad Text. in *Lempior Cod. de hered. vel actio. vendita cum concordan. per Capyc. Latt. dec. 16. n. 4. Rota decif. 187.* post Zaech. de obligat. & passim Atque cum hac secunda via videbatur obtineri intentum, dum ob diminutum valorem, ac etiam ob temporum contingentias, tenentur subhastandi, vix reperit huiusmodi obligator, qui cum pecunia numerata excederet summam cadentem sub dictis creditis anterioribus sibi emptori competentibus, ac propter idem, ita de versam personam representando, dictoque priori titulo, seu contractu resolutio, tanquam extraneus licitator eandem rem obtinere poterat atque sibi ipsi satisfacere, quod hodie receptissimum est fieri posse, ut scilicet idem creditor, ad cuius instantiam fit subhastatio, publicè, palam, & bona fide tanquam tertius, ac extraneus licitator subhastata emere possit bona, venduntur ad ejus instantiam tanquam creditoris, nè ipse sit deterioris conditionis quocumque alio extraneo de mundo, ita enim cessat ratio fraudis, cui innititur Textus in *l. & per imagine C. de distract. pignor.* cuius dispositio locum habet, ubi captio, & fraudolenter creditor pignus sibi ipsi vendere velit, ut ita distinguendo cæcis relatis plenè habetur in *Bonon. prædi. 15. Martii 1660. & 18. Februarii 1661. cor. Bevilacqua,* de qua habetur actum *infra discif. 31. pro Zambeccaria,* occasione agendi de articulo juris offerendi competentis, necne, creditori posteriori adversus anteriorem, qui sub hacta rem debitoris emerat.

De jure autem certum dicebam, quod ubi inhiuit evictio, atque cessat observantia contractus eo modo, quo emptor illum facere in animo habuit, habere potest contractum pro resolutio ex defectu præsupposito, cum quo ille initus est, atque ob individuum, tum rei, quam voluntatis, contractum resolvitur, multo magis accedente juramento ex deductis per *Surd. conf. 13. num. 20. cum seqq. Mangil. de evictio. quest. 133. num. 5. de Marin. resol. 108. num. 2. lib. 1. plenè Rota dec. 709. n. 3. cum seq. par. 1. diversif. Licet enim volens, habeat etiam actionem evictiois, vel pro liberatione à molestiis, Attamen hoc utpotè indudum ad ejus favorem non tollit dictam alteram facultatem recedendi à contractu, illamque habendi pro resolutio, Et consequenter eo sublato, atque cessata persona emptoris, cessat ratio, cui dictæ decisiones innituntur, dum emptor creditorum anteriorum personam ita repræsentare dicitur; Desinit tamen occasio, id in iudicio disputandi, dum ex ejusdem emptoris consilio, & ope, creditores dictas molestias jactantes, ad alia bona ejus actiones dirigere curantur.*

Post aliquid verò intervallum, super hac eadem materia consultus in *una Jamen. Salviani* ex parte N. Caranei Principis S. Nicandri, qui eodem modo molestabatur super domo empta à Carolo Pallavicino; Cum creditores ex consilio etiam Advocatorum hujus Curie inniterentur *dictæ decisioni 632. Cavale. cum aliis supra allegatis;* dodi eandem cautelam, de qua ejus Advocati in partibus dubitabant, ob inefficaciam cessationis reportatæ à creditoribus anterioribus cum emptoris pecunia in causam pretii soluta, dimissis, quasi quod cessio reportata de pretio spectante ad debitorem, ratione incompatibilitatis, sonaret in quietantiam *juxta decif. 68. Gregor. cum aliis per Ad. den. ad eum decif. 75. ac successivè,* quod jura dictorum creditorum utpotè jam extincta, non possent amplius reviviscere; Involvendo etiam in idem ea, quæ generaliter habentur in quocumque mutante, vel alio, de cuius pecunia creditores anteriores dimissi sunt, an scilicet, & quando, agendo, vel excipiendo, juribus dictorum creditorum tueri valeant; Hinc proinde reassumendo ea, quæ latius acta habentur in sua materia *sub tit. de credit. præsertim discif. 1. cum pluribus sequentibus* omisissis aliis casibus secundi creditoris, vel extranei non emptoris, neque possessoris quos recenset *Caleval. de iudicis tom. 2. discif. 35. à num. 1. ad 18.*

Quatenus stricte pertinet ad emptorem, de cuius pecunia in causam pretii soluta, creditores dimissi sunt, an scilicet

eorundem loco succedat; plures casus distinguendos esse observabam, quorum primus est, ubi emptor simpliciter ac libere solvit pretium venditoris, in cujus liberum dominium, liberamque dispositionem illud transfuit, ita ut in quocumque alios sibi bene videtur usum eam erogare valeat, ipse autem eligat solvere creditoribus; Et tunc emptor, neque agendo, neque excipiendo, succedit in locum, & jura creditorum, quoniam ita istorum dimissio sequuta non est ex ejus providentia, dum animum non habuit, ut pignus dissolveretur, sed potius à casu id sequutum est, & cum pecunia propria venditoris, de cuius dominio, ac libera dispositione iam effecta erat, ut bene Apont. *confil. 87. lib. 1.* quod apud moderniores reputatur in materia magistrale, & sequuntur *Merlin. de pignor. lib. 4. tit. 2. q. 44. n. 27. Carleval. disput. 35. num. 13. Amat. resolut. 7. n. 46. & seq.* Quod generaliter procedit in quocumque mutante seu alias dante pecuniam, cum qua id sequatur, ut sequendo *dictum conf. Apont. format. Rota decif. 324. n. 22. cum sequen. par. 3. rec. repetit. dec. 93. post Merlin. de pignor. n. 11. & 12. & lacus in Romana Salviani 6. Februarii 1665. Albergato. & 19. Novembris 1666. Carpinea,* in qua scribens pro secundo creditore fucumbente, non negabam theoreticam, sed bene applicatorem ad casum ex deductis in *dicta causa sub tit. de cred. discif. 1.*

Alter casus est, ubi emptor, sollicitus quidem est, ac pacificus pecuniam ab ipso in causam pretii solvendam, erogari debere in extinctionem æris alieni, negligit verò pacifici de cessione jurium, five de subintrando in locum creditorum dimittendorum cum sua pecunia; Et tunc dum solum in animo habuit dissolvere pignus, atque rem emptam à creditorum hypothecis liberandam, neque ulterius progressus est, intrat distinctio passim recepta, de qua Apont. *confil. 37. Rota d. dec. 133. par. 6. rec. & in allegata Romana Salviani coram Albergato, & Carpinea, Ad. den. ad Buratt. decif. 420. & passim,* quod scilicet possit emptor se tueri juribus dictorum creditorum adversus posteriores in possessione ipsius rei, in qua reperitur, excipiendo, non autem agendo exercere jura, & rationes iidem creditoribus alias competentes, atque tam isto, quam præcedenti casu, rectè intrat superius insinuatæ propositio, de qua Greg. & Ad. den. *decif. 68. & 77. Ad. den. ad Buratt. d. decif. 420. d. dec. 133. p. 6. & frequent. ut quæcumque cessio deinde reportata à dictis creditoribus, ratione incompatibilitatis, resolvatur in quietantiam, ex eo quod solutio facta dicatur de pecunia, & bonis debitoris.*

Tertius casus est, ubi emptor, non tanquam emptor, sed tanquam tertius, ante, vel post emancipationem, nulla præcedente conventionem cum venditore, atque cum alia pecunia quam debita in causam pretii, per viam translativæ cessionis acquirere credita, & jura adversus venditorem, & tunc dum ipse efficitur rei hypothecatus dominus, atque evadit ipse venditoris debitor ex causa pretii pro ipsum non soluti, sed ita, vel compensati, vel retenti, intrat quæstio, de qua discurret *Carleval. d. disput. 35. n. 21. in fine,* & *Rota d. decif. 135. par. 6. rec. alias 556. post Cenc. num. 18. cum seq. an scilicet censeatur illi iuris ministerio facta compensatio, & an in casu evictiois, ac molestiarum dicta jura reviviscant, necne; Super quo tamen casu, utpotè plures habent insepiones, neque de facili certam uniformem determinationem recipiente, utpotè pendente à singulorum casuum particularibus circumstantiis, cum effect à casu controversiæ extraneus, inherendo laudabili Carianæ stylo abhorrenti superfluis evagationibus, nihil determinandum duxi, dictæ relatione contentis.*

Quartus denum erat casus præcisus controversiæ, ubi scilicet emptor ex pacto legem expressam addidit, ut reportaret cessione in à creditoribus cum ejus pecunia dimittendis, atque in eorum loco subintrare, undè in conventionis executionem, dicti creditores, recipiendo pecuniam, jura cedunt, seu etiam non facta cessione, adhuc viget pactum de subintrando, Et tunc non intrat dicta propositio, de qua Greg. & Ad. den. *dec. 68. & 77. cum aliis allegatis,* ut scilicet ratione incompatibilitatis, cessio sonet solum, in quietantiam utpotè reportatam de bonis debitoris, quoniam verè reportari dicitur de pecunia, & bonis emptoris, ab initio talem legem adiciens, undè propter ea, sequente casu evictiois, seu molestiarum, cogatur ut supra emptoris personam exuere, quoniam tunc consideratur tanquam tertius, atque rectè intrare potest cautela desuper tradita, ut plenè cæcis allegatis firmatur per *Rotam in Perusina coram D'aldo impress. post Gilian. ad statut. Perus. dec. 112. & 113. & sequuta est in Melvitanæ pecunaria 20. Februarii 1633. coram Melio*

Melio, atque isto casu non intrat conclusio, de qua Cavaleri. *d. decif. 652. sum. supra allegatis,* istaque videtur germana distinctio.

ANNOT. AD DISC. XXI.

Super illa immisione pro indiviso de qua agitur in præfenti discursu n. 2. & seqq. desuit occasio alibi disputandi, & solum remissivè ad istum discursum habetur *sub tit. de Tutor. discif. 10.* Ea verò quæ concernunt subintrantiam in locum dimissi creditoris, habentur in sua fide *sub tit. de Cred. discif. 1. cum seqq. & discif. 32. n. 18.* ubi in specie emptoris, & in eod. tit. de Cred. discif. 168.

ANCONITANA PROBLASIO BONVINO CUM QUARENGO.

Responsum pro veritate.

An emptor se tueri possit juribus ejus, qui in contractu venditionis intervenit, atque consensum præbet, præsertim cum juribus dotalibus uxoris venditoris, si ea intervenierit.

SUMMARIUM.

- 1 **F** Adh series.
- 2 **Q**uid operetur consensus mulieris in venditione facta per virum.
- 3 **D**e eodem, ac declaratur quædam decisiones.
- 4 **D**atur distinctio super eadem declaratione.
- 5 **C**reditor dicitur procurator sui debitoris, & deducere potest omnia ejus jura.
- 6 **S**i mulier, & vir vendunt, totum pretium præsumitur pervenisse ad manus viri.
- 7 **P**ro credito non possunt esse effectiva bona nisi ad ratam.
- 8 **E**mpior utitur juribus mulieris, si ejus intervenus est validus.
- 9 **D**e eodem, de quo n. 7.
- 10 **D**e modernorum errore in modo studendi, & quæ are de facili incidatur in equivoca.

DISC. XXII.

Quarengone creditore ejus, qui bona venderat Blasio, istum in interdico Salviani, seu alio iudicio rei persecutorio in vim hypothecæ pulsante; Cum possessor exciperet de juribus dotalibus anterioribus uxoris venditoris, quæ in contractu venditoris intervenierat; Replicabant scribentes pro creditore, quod emptori dictus interveniens suffragaretur solum, ut molestari non possit ab ipsa muliere pro hypothecæ dotali, quæ per hujusmodi intervntum remissio censetur juxta dispositionem textus in *l. fin. Cod. de re. 2. missio pignoris,* non autem ut ipsi juribus dotalibus tueri possit ad repellendos alios creditores hypothecarios venditoris, deducendo punctuales decisiones id firmantes in *Tiburina Salviani 8. Junii 1556. & 7. Junii 1649. cor. Cerra, & 5. Decembris 1650. coram Verolpio;* Quare desuper pro parte dicti Blasii pro veritate consultus, ad effectum deliberandi, an expeditur se tueri, vel potius concordiam amplecti.

Inherendo iis, quæ super hoc articulo in eadem individuali causa *Tiburina* jam deduxeram, impugnando dictas decisiones, ut in sua materia *sub tit. de Dote discif. 85.* cum supponeretur in facto quamvis transmissum non esset instrumentum, quod intervenus mulieris non fuisset pro simplici consensu, sed quod æquè principaliter, & in solidum ipsa cum viro vendidisset, ac evictionem promississet; Respondi, quod ex isto capite emptor probabiliter tueri esset, quoniam, ut distinguendo advertitur in *supra alleg. discif. 85. de dote;* Aliud est ubi mulier, vel alter in venditione rei intervenit, præstando simpliciter consensum; Aliud verò ubi gerit personam venditoris æquè principalis, atque ita se obligat de evictione; Primum enim casu rectè procedit dicta propositio, secus autem in secundo, in quo cum alter interveniens, quamvis non dominus, tanquam fidejussor, vel tanquam correus, efficiatur in casu evictionis, ac molestiarum ejus, creditor, hinc exercere potest, tam agendo, quam excipiendo omnia jura ejus debitoris competentia, dum ejus procurator dicitur ad text. in *l. si pignori, ff. familaris. Gratian. discif. 507. num. 2. cum seqq. Gait. de credito cap. 4. in appendic. n. 138. Franch. decif. 545. nu. 2. Rovit. decif. 29. n. 4. Rota dec. 7. n. 13. par. 9. rec. Card. de Luca Lib. VII.*

Et quamvis ita mulieri fidejussoris personam facienti, præclusa non sit actio petendi à viro repetitionem dotis, quamvis in instrumento venditionis ambo confiterentur recipere pretium, quod, non docto per veritatem de contrario, totum pervenisse præsumitur ad virum, ex auctoritatibus deductis in supra allegatis *decisionibus editis in Tiburina Salviani,* ac proinde refutaretur inconveniens in præjudicium creditorum, quod pro eodem credito duplicata bona affecta remanerent.

Attamen in hoc advertendam versari æquivocum, quoniam, ubi mulier intervenit tanquam principalis correa, atque supponimus obligationem validam, tunc si emptor utitur juribus dotalibus, ista jam consumpta remanent pro rata bonorum emptorum, seu pro rata, qua emptor tanquam mulieris procurator, utitur, ejus juribus; Ipsi autem mulieri remanet solum actio indemnitis, seu relevationis contra virum, eodem modo, quo culibet fidejussori, ex tempore tamen præstitæ fidejussiois, unde non dicitur amplius creditum dotale, sed potius creditum indemnitis.

Difficultatem verò considerabilem potius dixi esse alteram, ob quam requiritur consensu, ut eo quod posset modo concordiam procuraret, quod scilicet mulieris obligatio præstendi poterat nulla; Tum ob non servatam formam in mulierum obligationibus in ea provincia ab Ægiziana, seu verus Carpeni Constitutione præscriptam; Tum fortius quoniam ita mulier indotata remaneret, cum credita anteriora dictæ actioni indemnitis resulantia ab ipso contractu venditionis, totum absorberent, ideoque intraret, saltem pro medietate, etiam de jure communi, illa nullitas, de qua apud Theauf. *decif. 23. Martin. Andr. dec. 79. & frequent. in sua materia sub tit. de Dote.*

Et consequenter jus emptoris corruerat, potius ex facto, quam ex jure, quoniam mulier pro ejus dotibus ad repellendos istum, ac alios creditores, jam obtinuerat assensuriam in aliis viri bonis, quæ possidebat, ac super eis creditores excluderat, undè propter necesse creditores consilium esse debebat in una, vel altera bonorum specie, cum idem creditum duplicari non possit, neque pro eo, quod (eg.) fit scutorum mille, tueri bona valoris scutorum bis mille, atque in hoc motivo, ex parte creditoris non deducto, magis residere dixi difficultatem, quam in altero, in quo folum, ac principaliter insistebatur, cum fundamento dictarum decisionum, quæ verè (præsupposita valida evictiois obligatione) nullam habent substantiam.

Id autem frequentius hodie contingit ex eo, quod professores ordinatè non incumbunt studiis theoreticis in scholis, sed, vix auditis primis institutionum rudimentis in compendio, praxim aggreduntur apud Procuratores, vel Advocatos, atque assumendo studium recentium decisionum, totam scientiam constituunt in repertoriis, ideoque ignorant bene eligere motiva, atque de facili in æquivoca incidunt; Unde propter ea mea est dicendi consuetudo, quod hodiernum studium est, ad instar eorum, qui volentes ædificare domum ad habitandum, ædificium incipiunt prius à tecto, ac provisione trabium, & imbricum, seu tegularum, non curatis fundamentis.

ANNOT. AD DISC. XXII.

De operatione consensus mulieris in venditione facta per virum ultra enunciatum discif. 85. de Dote habetur etiam discif. 40. de Cred.

SUTRINA CENSUS

PRO HIERONYMO BUTIO

CUM N. CANONICO ECCLESIAE RONCILIONIS.

Casus resolutus per A. C. pro Canonico.

Obligatio emptoris ad favorem creditorum venditoris ob censum, seu debita in fe accollata in partem pretii, an duret, Vel potius resolvatur sequita rei emptæ evictione.

SUMMARIUM.

- 1 **F** Adh series.
- 2 **O**bligatio emptoris de solvendis debitis venditoris in parte pretii, seu accollationis censuum, resolvitur evicta re emptæ, & num. 8.

- 3 Fallit, ubi accedit delegatio favore struili.
- 4 Impugnatur fallentia.
- 5 Quando exceptiones, quae obstant cedenti, obstant etiam cessionario.
- 6 Enumeratur casus, de quo agit Roman. conf. 87. autor conclusio, de qua num. 3.
- 7 Declaratur quando procedat conclusio, ut exceptiones competentes contra cedentem non obstant cessionario.
- 8 De eadem conclusione, de qua num. 2.
- 9 De eisdem conclusionis limitatione, ubi cessatio causae debendi est voluntaria, & culpa.
- 10 Censu consignatius, an dicatur onus reale, & intrinsicum rei censitae, & quid importet.
- 11 Ponderatur differentia inter simpliciter crediti accollationem, ac illam censum ad effectum delegationis.

D I S C. XXIII.

Hieronymus emit vineam, atque in partem pretii in se accollavit quemdam censum consignativum super eadem vinea impositum; Cumque per mortem venditoris gravati fideicommissio per ejus patrem ordinata, pia Societas Rosarii substituta, vineam praedictam evicisset tanquam fideicommissariam, hinc desitit Hieronymus ab ulteriori solutione fructuum dicti censu, quos creditor exegit a fideiussore, per quem post plurimum annorum decursum, cessis iuribus creditoris, institutum fuit iudicium coram A. C. qui mandatum relaxavit, sed Signatura ob injuriam, vel saltem turbidatam commisit causam appellationis cum clausula translativa, si quid exequendum, incertumque est quid postea sequatur sit.

Iustitia vero, vel injustitia (reflectendo ad veritatem) pro meo iudicio pendebat a iustitia evictionis, si enim haec injuste sequata erat, ut actor praetendebat, stante quod alienatio, non obstante fideicommissio, licite fieri potuerit in causam detractionum gravato ratione legitimae, & dotium maternarum competentium, iuxta notata in l. Marcellus ff. ad Trebell. Et tunc irrelevant erat rei conventi exceptio, dum ita culposum evictionem passus fuerat, non deducendo dictam exceptionem, vel saltem non denunciando molestias ipsi creditori, qui cum eadem exceptione defendere potuisset, & collusionibus in tertii praedictum aditus aperiri posset; Si vero in facto iustificaretur praesuppositum praecedentis consumptionis detractionum cum aliis alienationibus, & tunc iniustum remanebat decretum iudicis a quo.

Ex vera, & recepta juris propositione, ut obligatio emptoris ad favorem creditorum venditoris, ac pro debitis, que in partem pretii in se accollavit, utpote occasionalis, seu causativa, cessante causa sine eius culpa, & facto voluntario, resolvatur, ac esset ob implicitam conditionem de futuro, quam obligatio habere dicitur, quatenus scilicet duret causa debendi, Tiraquell. in tract. cessante causa part. 1. n. 224. Decius consil. 421. n. 14 in fin. & ex aliis habetur apud Amat. resol. 21. & per Rotam decis. 428. part. 1. rec. quae est sollemnis decisio reputata in materia magistralis, saepius canonizata praesertim in specialibus terminis accollationis censu in Bonon. pecuniaria 22. Aprilis, & 5. Maii 1633. coram Ghislerio, & in Bonon. censu 4. Februarii 1654. coram Mellio, & habetur pluries deductum sub tit. de Regal. ad materiam officiorum in proposito obligationis incumbendis officialibus solvendi debita non propria fed officii, seu praedecessorum disc. 8. & 9.

Et his stantibus, scribens, pro emptore, qui in prima instantia succubuit, Ponderabatur (reflectendo ad veritatem) quod decreverat contra ipsum edicum redargui forte non poterat de iniustitia, dum non iustificabatur praesupposita praecedens consumptio detractionum, quae cessante, alienatio, non obstante fideicommissio, recte sequata erat, & consequenter iniuste sequata evictio, quae propriae culpae tribuenda videbatur, non denunciando litem venditori, vel accollatario, qui passus non esset evictionem sequi ob validam alienationem in dictam causam detractionum factam; Licet hic punctus quoad emptorem redundaret in idem; quia postea dicta iniustitia evictionis, regredi poterat ad rem emptam, quam magis habere expediebat, unde propter causae effectus magis dictam Societatem fideicommissariam, quam emptorem respiciebat totumque pendebat a facto ut supra.

Occasione autem huiusmodi dispositionis, Scribens pro actore, quibus iudex adhaerebat, ultro progredientes

dicebant, quod ubi etiam ex iustificationibus per dictam Societatem faciendis super dicta praecedenti consumptione detractionum, confitetur de iustitia evictionis; Adhuc tamen cessata non dicebatur obligatio emptoris ob formalem delegationem, per quam exceptiones, quae obstant cedenti, non obstant cessionario, sed emptor, qui correspondit alienum debitum pure, ac absque reservatione fecit proprium, sibi imputet, atque pro eius relevatione agat contra venditorem, allegando in id Fab. in C. tit. de locato diffin. 52. Cyriac. contro. 324. & magis praecise Merlin. contro. 61. lib. 1. ubi ex dispositione textus in l. doli 19. ff. de novat. & auctoritate Roman. conf. 87. contra emptorem, ita concludit.

Verum, cum sensu etiam veritatis, dicebam huiusmodi motivum non subsistere, atque firmata per Merlin. (licet ex continuata iudicatura postmodum doctus, ac eruditus effectus esset) tunc satis juvenem, esse immatura, & indigesta ob incongruam applicationem textus praedicti, ac auctoritatum, quibus ipse innititur.

Antiqua etenim quaestio est, an exceptiones, quae obstant cedenti, obstant etiam cessionario ad notat. per scribentes 5 in l. apud Celsium, § sed ad legitima, & § cum de auctoritate ff. de except. doli, & l. doli mali, § dicitur, ff. de novat. cum concord. per Grass. de except. cap. 16. n. 37. & sequent. Thefaur. decis. 221. Gregor. decis. 121. apud quos habetur regula affirmativa.

Limitatur ista regula, quando non agitur de simplici cessione, sed interposita etiam delegatio, tunc enim exceptio, puta compensationis, vel indebiti, seu Macedoniae, aut Vellejani, vel similis, que per debitorem cessum possit contra cedentem, opponi non potest adversus cessionarium ex deductis per Thef. dicitur dec. 21. num. final. & Cyriac. contro. 214. num. 6. ex auctoritate Romani conf. 87. quae in materia est originalis, cuius casus est, quod cum quibusdam Frater Ventura Ordinis Minorum praetendit quibus deberi annuum vitalicium praestationem a Bertuccio, hoc ius, seu nomen vendidit Petro Dominico, quem Bertuccio in creditorem recognovit, ideoque Romanus reponit, quod exceptio in capacitate, cum qua debitor cessus repellere potuisset cedentem, allegari non poterat adversus cessionarium capacem, ex quatuor rationibus, quarum nulla in praesenti controversia ad rem faciebat, Prima enim, & secunda sonantes in idem, sunt, quod si ego sciens habere aliquam exceptionem, ea quae non obstante patior creditorem nomen meum cedere alteri, cui consensum accomodo, dico tali exceptioni renunciare, illamque remittere; Tertia ratio melior est, quia illa erat exceptio personalis non percutiens substantiam debiti, sed incapacitatem personae; Et quarta, quod agebatur de promissione indebiti scilicet, quae obligat, quae scienti, & volenti non fit iniuria, unde in suo casu Romanus bene consuluit.

Verum in hac facti specie non intrant isti termini, quos cum aequivoco manifesto ad suum casum adaptavit Merl. dicit. contro. 91. qui constituit potissimum fundamentum in auctoritate Cujacii, cuius verba registrat, sed ex eisdem liquet, Cujacium procedere cum fundamento remissionis exceptionis iam competentis de tempore praesertim consensus ut bene ponderat Thef. jun. lib. 3. quae est. 111. nu. 3. ubi quod iura denegantia adversus cessionarium debitori consentienti exceptiones alias competentes adversus cedentem, loquuntur de exceptionibus ab initio, ac de tempore factae obligationis iam competentibus, secus autem ubi tunc non competentes, sed postea oriuntur ex casu contingenti, tunc forsitan non cogitatur, ut litteraliter probat text. in l. doli, ff. de novationibus, ubi est originalis sedes materiae, ibi, ideo enim denegantur exceptiones adversus secundum creditorem, quia in privatis contradictibus, & passionibus non de facili scire poterit postea, quid inter eum, qui delegatus est, & debitorem actum est, aut etiam si sciat dissimulare debet, ne curiosus videatur, & ideo merito deneganda est adversus eum exceptio ex persona debitoris; Et sic praesupponitur quod ille qui delegatus est, non experiat causam (ae delegationis); Ideoque nullatenus dispositio textus praedicti, cum iis, quae ex eo per DD. firmantur, adaptatur ad rem, quoniam ratio, ob quam obligatio emptoris cessat, non provenit ab aliqua exceptione personali, vel simili competente cedente cessante consensu, sed resultat a cessante causa, & consequenter a cessante consensu contrahendi ab initio, seu a cessante correspondentia, ut liquet ex allegata decisione 428. p. 1. rec. n. 4. & ex dicti decisio in Bonon. cor. Ghislerio, in quibus omnibus praecise respondetur ad motivum delegationis, quoniam nil impedit, ut cessante causa delegationis, ista quoque cesset, dum censetur

setur facta sub eadem conditione de futuro, durationis scilicet, ac permanentiae causae, ob quam facta est; Et in specie obligatione ad annum censum correptiva ad castrum ab obligatione tentum, seu possessum, ut cessante castrum cesset, idem Roman. conf. 47. n. 4.

De auctoritatibus autem Fabri, & Cyriaci locis citatis nullatenus curandum dicebam, quoniam Faber bene loquitur, ubi causa debendi cessaret voluntarie, & compositae, quod late prosequitur A. mar. dicit. resol. 21. n. 2. & 3. Cyriacus vero num. 16. cum sequent. & num. 23. pariter potissimum fundamentum constituit in eadem ratione, quod conductor culpae, ac voluntarie non potest abire per conducta, quamvis more consilientium exoritur, ad consilium exornandum plura alia deducat minus subsistentia.

Eo magis in hac facti specie, quod debitum per emptorem accollatum extraneum non erat a contractu emptoris, sed potius intrinsecum, & connaturale, dum agebatur de censu imposito super eadem re vendita; Licet enim non ageretur de censu reservativo sed consignativo, qui verè & proprie in stricta iuris censura dici non potest onus reale, ut altera species census dicitur, cum in credito censuarium rei censuatae dominium, vel ius reale transferri non dicitur ex deductis per Cenc. quae est. 2. § 79. & non semel in sua materia sub tit. de Censibus, & sub altero de legatis, & alibi.

Nihilominus importare dicitur quandam magis praesertim, ac specialem ipsius rei censitae affectionem, itaut improprie saltem de facto ex hominum opinione onus ipsius rei, etiam infirmum reputari solet, quod non solum vulgi, sed etiam plurimum scribentium fuit opinio ex deductis apud Cenc. locis citatis, & conferunt quae habentur praesertim in Rom. seu Tudertina Collecta sub tit. de Regalibus disc. 92.

Hac autem circumstantia factis in proposito considerabilis videtur, ad magis convincendam correspondentiam, ac probandum quod accollatio ab emptore facta evidenter effectus causativa sui occasionalis, tanquam de onere intrinsecum, & ipsi rei infixo, Et clarius quia, dum agebatur de censu, verificari non poterat occultatio trium auctum, qui ex legis fictione occultantur in vera delegatione, quod scilicet emptor cum pecunia numerata solvisset pretium venditori, quo pro extinctione census illam solvisset suo creditori, a quo denuo emptori data est in novo contracto creationis novi census, quod implicat cum reservatione priorum iurium, ac etiam quia hic secundus census esset invalidus ob non servatam formam Planae Constitutionis, pecunia numerata, unde defumendo voluntatem a potestate, clare liquebat, id non fuisse in Partium intentione, ideoque veram delegationem non esse verificabilem.

ANNOT. ADDISC. XXIII.

Ad materiam cessationis obligationis causativae, causativa causativa, habetur pluries sub tit. de Regal. disc. 8. & 9. de Cred. disc. 71. tit. de Cens. disc. 28.

PISAUREN. RESEISSIOMIS CONTRACTUS

PRO JULIO CAESARE GUGLIELMO

CUM ANDREA ET IO: PHILIPPO DE ALEXANDRIS.

Casus decisus per Rotam pro Julio Caesare.

De probatione lesionis, ob quam venditor praetendat contractum rescindere, an & quando, dicatur sufficienter, & bene facta.

S U M M A R I U M.

- 1 **F**acti series.
- 2 Lesio ad effectum rescindendi contractum non praesumitur, sed ab allegante est probanda.
- 3 Testes deponentes de valore ad effectum lesionis etiam non interrogati allegare debent causam scientiam.
- 4 Quae circumstantiae inspiciendae sint ad sciendum justum valorem pro lesione regulanda.
- 5 Minor cautela evictionis minus de valore.
- 6 Venditio diminuta, seu diverso plurimum bonorum, an auget, vel respicitur minus de valore.
- 7 Quomodo estimatio facienda sit. Et an in rusticis habenda ratio de edificis, ac muris, & domibus.
- 8 In concursu testium hinc inde super valore, quibus deferendum.
- 9 Reo sufficit officiare probationes alterius.

Card. de Luca Lib. VII.

10 Declaratur; Et quando probatio alterius non impediat per illam rei circa lesionem; Et quae probatio potius attendenda.

11 Ponderatur ad effectum dilectionis probationis circumstantia, quod venditor sit per substationem, in quo differat a voluntaria.

12 Declaratur conclusio, de qua num. 9.

D I S C. XXIV.

Andreas de Alexandris Jurisperitus, & in Civitate Pisaurina Advocatus, pater, & legitimus administrator Joannis Philippi haereditis Seraphini Manglii, ut hereditatem filio delatam liberaret ab aere alieno usufructuario, quo premebatur, cum Iudicis decreto, aliique statutariis solemnitatibus, praevia narrativa, quod post plures diligentias spatio quatuor mensium adhibitas, meliorem occasionem invenire non poterat, praedium haereditario ex pluribus distinctis membris constitutum, vendidit Guglielmo de Guglielmis pro pretio futurorum 2800. in extinctionem aere alieni erogato, sed tractu temporis idem, sed alter filius, qui per praedicti obitum ex fideicommissio in praedicta haereditate successerat, pretendens huiusmodi venditionem enormem lesionem continere, iudicium instituit coram A. C. a quo sententiam favorabilem reportavit, sed introducta per appellationem causa in Rota coram Bevilacqua, & dato dubio, An locus esset rescissioni contractus, sub die 14. Junii 1665. negativa prodit resolutio, atque mihi pro emptore scribenti, (reflectendo etiam ad veritatem) dicta resolutio visa est probabilis ex deficiente legitima probatione lesionis ultra dimidiam, quam in dubio non praesumitur, sed ab allegante tanquam fundamentum intentionis, seu actionis rescissoriae, concludenter probanda est, ut ceteris allegatis plenè firmatur apud Buratt. decis. 538. ubique Adden. ubi ad sanietatem de materia.

Licet enim auctores plures induxissent testes de valore singulorum membrorum, ita deponentes, quod lesio non ad terminos text. in l. 2. C. de rescind. venditione concluderent, Nihilominus ultra plures exceptiones, quas in dicto, & in persona adversus eos opponebat in dicta causae Patronus, nulla fide digni videbantur, seu eorum dictum ad contrarium effectum non concluderebat, quoniam fuit dicti nullam assignabant causam, seu concludentem rationem, quam in iis, quae non consistunt in sensu corporis, sed in iudicio intellectus, etiam non interrogati, testes attingere debent, ut ultra generalia, in his specialibus terminis habetur apud Buratt. d. decis. 538. ubi plenè concordantes.

Item quia, posito etiam, quod probationes ex parte rei conventi factae, non urgerent, quodque cessarent exceptioes, quae testibus obiciebantur, adhuc inspecto coram dicto, concludens probatio adesse non dicebatur ex aliis circumstantiis, illa praesertim, quod ad inspiciendum rei valorem, non solum spectandus est quantus ad communem iudicio bona in loco aestimari, & valere solent, sed etiam habenda est ratio qualitatis venditoris, & cautelaram emptoris super evictione, quia si suspicari potest de venditore debitis in voluto, itaut emptori non sit bene consultum, neque ipse omnino cautus dici valeat, tunc ista qualitas notabiliter minuit de valore ob compensationem cum suscepto periculo faciendam Surd. decis. 30. n. 15. Martin. Andr. dec. 109. n. 9. Buratt. d. dec. 538. n. 17. Et hic erat casus, quoniam ab eisdem venditoribus, haereditas narrata fuerat multo ere alieno jam detecto praesalutari illud, quod suspicari poterat detegendum, atque ex duobus venditoribus, unus scilicet pater administratorio nomine, alter vero haereditario se ad evictionem obligaverat, & consequenter non aderat emptoris omnimoda cautela, vel saltem aderat probabilis suspicio alios emptores retrahens, unde propterea in proposito, rei valor metiendus est, non ex illo, qui abstractè illi insit, spectata sola materia, sed quantum communi iudicio, & de facili vendi posset, cum res tanti valeat, quanti vendi potest.

Altera erat circumstantia minuens, ex qua testium fallax iudicium detegebatur, quod non erat unicum probatum unum, sed divivum in plura praedia, seu perales terrarum, ideoque non ita regalandum est pretium generale plurimum rerum, ac illud singularium, & de per se, ex iis, quae in proposito minutarum venditionum, ac appellationum, seu partitorum generalium, habentur in Romana locationis, 2. Maii 1659. 20. Februarii, & 26. Novembris 1660. coram Verosipio impress. post Zuff. de legit. process. decis. 44. & 49. & post Bondem. dec. 63. 71. & 82. de qua latius habetur sub tit. de Regalibus ad materiam mineralium disc. 117.

litatis quo effectibus ex ista resultantibus; Quamvis Rota in hujus causae decisionibus, sequendo firmata per Fontanell. dec. 64. & seq. regulam quodammodo generalem constitueret videatur, ut eo ipso, quod concurrat excessus ultra bestem, dicatur laesio enormissima redolens dolum productum effectum, de quibus supra, Attamen hac opinio pariter minus probabilis videtur, quoniam cum ista non sit questio juris, sed potius facti, & voluntatis, ad regulandum scilicet malum, ac dolum animam deceptoris, ita praesumendum, ista circumstantia videtur quidem praesumptio magnificanda, quatenus tamen ex aliis circumstantiis in idem tendentibus fomentum recipiat, sed non per hoc id constitutum est pro regula, quoniam recte dari potest, ut etiam minori excessu concurrente, ex aliis circumstantiis justè deprehendatur malus animus deceptoris; Et è converso est concurrente majori excessu, alia circumstantia illum praefertat sincerum; Ideoque omnino verior videtur altera opinio, ut totum id remissum sit prudentis iudicis arbitrio, ex singulorum casuum individualium circumstantiis regulando, juxta ambiguum, & conjecturalium naturam, ut in aliis hoc eodem tit.

Dolus enim praesumptus re ipsa sine urgentibus praesumptionibus confititur, sufficit ad rescissionem, sed non ad nullitatem, quae solam considerari solet ratione deficientis potestatis, quam lex admittit juxta ea, quae habentur de dolo in Senogallien. Casuarum sub tit. de feudis disc. 1. Cum etenim inter alios effectus nullitatis ab hujusmodi dolo resultantis, in proposito sit ille restitutionis fructuum ab initio, per necesse dare oportet malam fidem veram, vel efficaciter praesumptam, quod veritatis aequipolleat, cum aliis receptissimam, & quotidianam propositionem habeamus, ut à restitutione fructuum ante motam litem percipitur excuset, non solum bona fides positiva, sed etiam media, quia sufficit abesse malam, positivam ad hunc effectum necessariam; Igitur per necesse exiguntur illa adimicula, quae juxta cum mala praesumptione resultant ab excessu laesionis dictum malum animum probent; Et sic qualitas enormissimae laesionis rectè attendenda est tanquam una ex praesumptionibus, seu adimiculis; Ad quod conferunt eadem, quae proximè infra habentur super tertio puncto alterius effectus ex dolo resultantis, privandi emptorem, seu alius possessorem beneficio electionis expressè sibi attributo per text. in l. 2. & in cap. 3. de empt. & venditione, vel scilicet restituendi rem, vel supplendi justum pretium.

In hoc enim, quod solus excessus laesionis aptus non sit ad privandum beneficio praedicto, literaliter probari dicebatur ex eodem textu in dist. cap. 3. in cuius casu agebatur de venditione cuiusdam Sylvae valentis 40. marchis pro decem libris, & sic de laesione longè ultra bestem, nam quaelibet marcha importat r. 6. uncias, itaut 40. marchae importarent libras 52. cum dimidia, unde laesio erat in longè majori excessu supra bestem, & tamen adhuc firmatur esse locum electioni, quamvis aliqua doli veri suspitio concurreret, dum agebatur de venditione Sylvae spectantis ad Ecclesiam facta per alios Canonicos ignorante Capitulo, ideoque Fontanellam in hac parte malè loqui, atque ad effectum privationis huius beneficii necessarium esse dolum verum, vel saltem ex praesumptionibus adeo efficacibus deductum, quod verò aequipolleat, firmant Bargal. de dolo lib. 2. cap. de dolo resp. a folio 159. & seq. & Castill. alios cumulans tom. 7. controver. cap. 18. num. 108. cum seq. ubi num. 109. ostendit Fontanellam deceptum esse ex auctoritate Fabri per eum allegati, & in quo etiam fundant hujus causae decisiones, dum idem Faber se retractavit, contrariam sententiam magis securè affirmando in erroribus pragmaticeorum decade 1. lib. 8. Et quidem cum habeamus dictum textum ad litteram id probantem, necnon urgentem rationem in praecedenti articulo occasione fructuum infirmatum, super feribentium traditionibus immorandum non videtur.

Demum quod magis apud me in praesenti causa dictarum resolutionum improbatem suadebat, (unde prope intellexit in eorum obsequium nunquam captivare potui) consistebat in omnimodo defectu applicationis omnium praemissorum ad hanc facti speciem, quoniam inter dictas mulieres, ac Honoratum, nulla aderat lis super controversa domo, quae deinde sopita esset per transactionem, cuius termini omnino extranei erant, ipsae siquidem domum praedictam Lucilio in solutum dantes contractu acquiescebant, neque aliud curabant, sed Honoratus possessore legitimo titulo emptionis sincerè, & pro iusto pretio

facta, utpotè deceptus à venditore non detegat anteriores creditores, quibus premebatur, ut se tueri posset adversus sui auctoris creditores, illos jam dormientes excitavit, atque ab eis acquirere curavit praetensiones omnino incertas, & litigiosas consistens in annullatione dictae donationis in solutum, effectuanda cum gravi, & dispendiosa lite, cuius exitus inanis esse poterat cum factura laborum, & expensarum, unde propterea verè, ac proprie istae contractus non erat transactionis, cuius termini incongrue debebant, sed erat emptionis dictorum jurium, sui praetensionum iuxta casum text. in leg. per diversas, & l. ab Anastasio, C. mandatis, extra tamen earundem legum prohibitionem procedentem in voluntario licium redemptore litigiosas actiones, seu praetensiones acquirere, ut alios molestaret, secus autem in possessore id agente ad effectum excipiendi, & se tuendi in sua possessione, Apont. consil. 76. & 77. lib. 1. Leotard. de usuris quest. 39. n. 35. Oles de cessione tit. 6. quest. 10. n. 53. 63. & 66. Rota dec. 264. n. finali par. 3. recent. & saepius in sua materia sub tit. de credito.

Ad regulandum igitur istum contractus laesionem, admittit procedendum esse cum terminis emptionis, & venditionis, in quibus facilius, quam in transactione admittitur laesio enormissima doli praesumpti, aliorumque praedicialium effectum productiva; Verum ad illam regulandam attendens non erat valor rei, a quo praetentio haberi poterat, sed valor ipsius praetensionis, quanti scilicet illa exposita venalis, inspecto eo statu, vendi potuisset; Et cum hac regula abque dubio laesio non aderat, quoniam si dictae mulieris has praetensiones exposuissent venales, neque pro centum emptorem invenissent ob duplex obstaculum, unum contractus donationis in solutum per ipsas factae; quem de medio tollere oportebat, & alterum fideicommissi, quod neque erat expressum, sed interpretativum, & conjecturale, & consequenter dubium.

Credidit Rota laesionem ex eo resultare quod pro hujusmodi cessione nihil datum esset, dum conventio de scutis 1600. praestandis concepta erat in casu victoria tantum, & solutio reliquorum scutorum 400. fuerat simulata, sed pro medio iudicio non bene dicebatur, quoniam procedendum non erat inspecto statu, seu tempore, in quo haec disputabantur, quando cum opera, diligentia, & sumptu ejusdem cessionarii, jam proderat dicta decisio coram Albergatio, sed procedendum erat inspecto statu, seu tempore initi contractus, quando omnia erant incerta, & cessionarius se exponere periculo inultiter tenendi labores, & pecunias in lite, cuius malus exitus nullum damnum cedentibus intulisset, è converso autem bonus manum produxissent utilitatem, non solum circa dictam summam pecuniariam ex ejusdem domus residuali pretio extantem obtinendam, sed etiam circa recuperationem granariorum, quae pariter insolutum dicto Lucilio data fuerant, unde propterea dicti poterat esse potius in casu potius quotæ litis, quod excipit Advocatis, & Procuratoribus, in aliis non est prohibitum Medices dec. 37. n. 2. Farinac. de variis delictis q. 106. n. 56. Put. dicta dec. 507. par. 2. Ariminen. successiones 1. Aprilis 1658. coram Bevilacqua, §. fin. impress. dec. 328. par. 12. rec. His autem fundamentis decisiones nullatenus satisfaciunt.

ROMANA DOMORUM PRO MATTIA CAPOCAGGIA CUM N.

Causa disputata in Tribunali Vicarii, incertus est exitus.

De Statuto Urbis circa laesionem sufficientem in tertia parte, an liger Clericos, & Ecclesiasticos, & quid ubi ipsi Ecclesiastici illud pro se allegant; Et de laesione in venditionibus ad vitam, seu alius contractibus, ac iuribus vitaliis. Et an venditio subhasta facta privatis iudicio cum principali debitore, non citatis creditoribus admittis ad causam, dicatur nulla, etiam respectu ipsiusmet principales, vel aliorum, qui non erant admitti ad causam,

S U M M A R I U M.

- 1 Ad i. series.
- 2 An in venditione judiciali subhasta sufficiat laesio in sexta, vel debeat esse in dimidia.
- 3 Statutum Urbis reducens laesionem ad tertiam partem est laicale, & non procedit cum Ecclesiasticis.
- 4 Clerici, & Ecclesiastici, an volentes possint uti Statutis laicorum in favorem.
- 5 Jura vitalitia quomodo sint aestimanda.
- 6 An in iudicio contra debitorem sint citandi ejus creditores.
- 7 Omisso citationis aliquorum, an annullat actum in totum etiam quoad citatos.
- 8 Quid in consensione inventarii.

D I S C. XXVIII.

A Dversus debitorem possidentem contra verlas domos cum onere fideicommissi omnino extituri, itaut suum jus pro toto tempore ejus vitæ duraret, aliqui creditores, obterro mandato executivo, dictum jus, seu vitalitiam communitatem exequi, ac subhasta curare, citato solum in singulis actibus ad id necessariis ipso debitore, non autem quodam alio creditore, qui obtinuerat admitti ad causam, atque protestatus fuerat, ut citari deberet ad omnes, & singulos actus, unde deliberatis dictis domibus pro jure ad vitam possessoris, ut supra competente; Capocaccia ultimo, ac majori oblatori, contra istum quidam alii creditores, dicti debitoris nomine intenterant manentiorum, quae juxta opinionem in Curia receptissimam, & quotidianam competit alteri ad verlas possessorem facto iudicis, quoties istud laesum nullitate, vel notoria injuria, quae nullitas aequipollet.

Nullitas autem deducebatur, tum ob omisam citationem dicti creditoris ad causam admitti, tum etiam ob laesionem quam actores praetendebant enormissimam esse, seu ejus in civilibus Communitate; Quatenus pertinet ad legationem congerie probare conabantur, quod in venditionibus subhasta, & judiciali auctoritate factis, laesio in sexta parte sufficeret juxta opinionem receptam apud Regnicolas id communiter firmantes, istamque opinionem hunc laesionis 12. Junii 1654. coram Bichio, in qua dictorum Regnicolarum auctoritates cumulantur.

Verum facilius fuit obiecti solutio, quoniam licet dicta opinio probabiliter haberet videtur Curia, Attamen, ut saepius hoc eod. tit. habetur, Rota & Curia eam recipere noluit, atque saepius praestitit in Imolen. bonorum 6. Martii 1665. coram Verospio declaravit, ut ea, quae dicuntur in dicta Romana laesionis cor. Bichio, non sint ex mente Rotae, minisque illa dicenda sit decisio, sed fuerit simplex discursus extensoris, qui me presente graviter increpavit quandam causam Patronum, quod in alia causa eam tanquam decisionem allegasset, unde cum aliorum probationes non conclusionem laesionem ultra dimidiam, sed bene ultra tertiam in Urbe sufficientem ex Statuto, ad istud recurrerant.

Replacibam scribens pro Reo, receptum pariter esse, quod Statutum praedictum, utpotè laicale locum non haberet in casu controversiae ob mixturam Clerici, qualis erat venditor juxta facta decisio 69. post Fenzon. & in allegata Romana laesionis 12. Junii 1654. coram Bichio; Licet enim ista moderna opinio super Statutis Urbis non comprehendentibus Ecclesiasticos, nisi ubi expressè dicitur, mihi nunquam placuerit, nihilominus donec ea recitetur, hoc jure vivitur in Curia juxta firmata in Romana pecuniaria de Sanctacrucis 18. Junii 65. & 27. Junii 1657. coram Certo impress. dec. 52. & 264. par. 12. rec. de qua habetur sub tit. de dote disc. 22.

Ex quibus decisionibus solvebam aliud obiectum Scribentium in contrarium super conclusione, quod Ecclesiastici quavis invitati non ligentur Statutis laicalibus, possunt tamen volentes eis, utpotè favorabilibus tanquam specie privilegii uti, quoniam & si conclusio sit verissima, atque declaratio ei data in dictis decisionibus non placeret, ex deductis in dicto disc. 22. de dote, attamen donec dictae decisiones revoventur, juxta Curiae usum, cum eis, Judices inferiores procedere debent, ac solent.

Præterea cum sensu etiam veritatis, dicebam dictam conclusionem generaliter veram, recipiendam quidem esse in aliis actibus, in quibus non urgeat motivum corre-

spectivitatis, non autem in mere correlativeis, quoniam contra principia videtur, ut in uno, eodemque contractu, in quo uterque contrahens laedi potest, uni licitum sit allegare laesionem in tertia parte, & alteri non nisi ultra dimidiam, unde propterea in correlativeis, seu judicialibus omnimodam aequalitatem exigentibus, privilegium unius communicatur alteri, ut frequens, & quotidianum habemus, praesertim in materia Aegidiana; non comprehendens Ecclesiasticos, quod per istos contra laicum colligantem deduci non potest, quoniam ob mixturam Ecclesiastici, quamvis victoris, sententia contra laicum est appellabilis cum similibus, ut habetur in allegata Romana de Sanctacrucis tit. de dote disc. 22. & 143.

Istud autem correlativeitatis motivum apud me erat efficacius, & ob quod intellectus nunquam dictis resolutionibus acquiescere potuit, quoniam Clericus actor in eo casu obtinere non possit contra laicum debitorem; Et è converso laicus obtineret contra Clericum, contra omnia principia, & tamen in eo casu illud neglectum fuit.

Ceterum laesio ad limites Statuti probatur solum praesumptivè cum regula praescripta, per text. in l. de redemptio, ff. ad l. Falcid. calculando scilicet valorem juxta aetatem debitoris, pro cuius vitæ tempore venditio facta erat, sed replicabam hujusmodi calculum non bene procedere, erroneumque videri in iuribus vitalitatis hujusmodi regulam generalem praescribere, cum potius praesum regulandum veniat ab individuali facti circumstantiis latius ponderatis in Romana locorum montium de Oricellariis sub tit. de Regalib. ad materiam locorum montium disc. 30. ubi habentur rationes, & auctoritates, quae in praesenti repetebantur, atque animus iudicis in hac parte captivatur, cum penè impossibile sit in hujusmodi iuribus vitalitatis, quae ad horam vacare possint, dare conclusionem laesionis probationem, ut loco citato, & alibi.

Quare tota difficultas restricta fuit ad punctum nullitatis, ob omisam citationem creditoris admitti ad causam, pro qua nullitate probanda, Scribentes in contrarium deducebant firmata apud Salgad. in labyr. par. 1. cap. 1. ex n. 27. & n. 54. Verum haec extranea erant ad casum controversiae, dum ibi agitur de iudicio universalis concursus juxta styllum Hispaniarum ad instantiam ejusdem debitoris efformati contra creditores; In praesenti autem agebatur de iudicio particulari ad instantiam aliquorum creditorum contra suum debitorem, pro quo arguendo, sive in persona, sive in bonis jure cautum non est, ut ejus creditores habentes interesse accessorium, seu consequitivum citari debeant ex iis, quae habentur supra in Romana Salviani hoc eod. tit. disc. 19. & sic difficultas cadere solum poterat respectu illius creditoris, qui admittis fuerat ad causam, & fecerat se contradicentem, qui tamen non opponebat, neque erat in causa, sed nullitas allegabatur per alios intercessores, ac non citando.

In eo enim puncto, an ex omisione citationis unius, iudicium corruat in totum etiam respectu eorum, qui citati sunt, ea est vera, & recepta distinctio, quod aut citatio requiritur ratione principalis interesse, quia omnes sint principales in causa, & coequalis ius habeant, aut requiritur ex sola ratione prejudicii: Primo casu intrat distinctio, an agatur de materia dividua, vel individua, ut in individuali intrat regula, quod ex omisione citationis unius iudicium corruit in totum juxta decisionem 319. Gregorii cum concord. Ubi verò citatio requiritur ratione prejudicii, tunc ejus omisio praerivat iura non citati, itaut quoad eum habeatur actus pro infecto, non annullatur in totum, Surd. dec. 256. num. 15. Buratt. dec. 71. & 371. in fine, Cavaler. dec. 333. num. 3. Et habemus in consensione inventarii quoad nos citatos Buratt. & Adden. dec. 750. num. 5. Adden. ad Gregor. dec. 137. & sic aliud est actum esse nullum, aliud verò non praerjudicare.

ANNOT. AD DISC. XXVIII.

J Ura vitalitia quomodo sint aestimanda, notatum fuit ad disc. 54. de donat. Quando autem omisio citationis aliquorum annullat actum in totum, habetur in sua sede sub tit. de Jud. disc. 9. & sub tit. de hered. disc. 14. & 21.

ROMANA CENSUS PRO MONASTERIO S. SILVESTRI CUM FRANCISCA CURTIA.

Casus decisus per Rotam pro Monasterio.

Facta emptione pro persona nominanda, & sequuta nominatione, an creditores in dicta emptione accollati, jus habeant contra primum emptorem, ejusque bona vigore sue obligationis, vel potius facta nominatione, omne jus activum, & passivum transeat in nominatum, & resolvatur quoad nominantem.

S U M M A R I U M.

- F Acti series. Emptione facta pro persona nominanda, & facta nominatione, omne jus activum, & passivum cessat in primo emptore. Et an attendenda sit distinctio inter nominationem voluntariam, & necessariam. Declaratur quando procedat conclusio, quod emptor cum pacto de retrovendendo est perfectus Dominus. Quid ubi dicatur cum pro se, & persona nominanda.

D I S C. XXIX.

U Sque ab anno 1609. Julianus Grifonius, pro se, & persona nominanda emit a Constantia vineam, in se accollendo in partem pretii censum in sorte scutorum 400. super vinea impostum à venditoris parentibus ad favorem Pinotti, & biduo post Grifonius nominavit in emptores Honoratum Realem, & Nicolaum Morrum nominationem acceptantes, omniaque contractus onera in se assumentes cum subsequuto effectu; Post longissimum autem temporis decursum, de anno scilicet 1655. Curia tanquam cessionaria heredum Pinotti creditoris censuarii iudicium immisionis instituit ex remedio Salviani ad quoddam casale possessum per Monasterium Monialium S. Silvestri de Capite, tanquam de bonis dicti Grifonii emptoris, atque sententiam favorabilem contra Monasterium indeiurium reportavit, à qua commissa per appellationem causa in Rota coram Celso, datoque dubio, An ad vicium comedende esset immisso, per causam Patronum pro Monasterio scilicet, plures deducebantur exceptiones in nudo facto consistentes, circa deficientem probationem secundi extremi, quod scilicet controversum casale fuisset de bonis dicti Grifonii, qui debitor præsupponebatur, ac etiam circa primum extremum crediti, quod impugnabatur ratione simulatæ cessionis, sed cum hæc omnia consistenter in facto, nullæ desuper, vel modicæ erant partes Scribentis in iure, quæ solum restringebantur ad punctum, an posita etiam didorum extremorum justificatione, stante quod emptio prædicta facta erat pro persona nominanda, cum subsequuta nominatione post biduum, duraret dicti emptoris obligatio erga creditores in dicta emptione accollatos, vel potius universum jus activum, & passivum dicti contractus transferretur in nominatum.

Scribens pro Monasterio reo convento, dicebam juxta hanc secundam partem esse regulam, ut scilicet facta nominatione, universum jus activum, & passivum transiisse dicitur in nominatum, ac resolutum quoad nominantem, qui habendus est pro simplici organo, seu instrumto, quo mediante actus ab initio directè, ac immediatè in ius censeatur inter venditorem, & nominatum tam ad effectum, ut nominans solutus remaneat ab omnibus obligationibus in contractum deductis, transeuntibus in nominatum, quam etiam ad alterum, ut ipsius ita ementis creditoribus, nullum jus ad bona sic empta competat, Anehat. conf. 127. in princ. & post alios antiquiores, Surd. dec. 182. in fin. & 126. princ. Gregor. dec. 227. n. 3. cum seqq. Noguero. allegat. 11. n. 80. cum seqq. Cenc. de censib. q. 67. n. 14. & seqq. Salgad. in labyr. par. 2. cap. 132. n. 28. & per tot. Et quamvis per Alex. conf. 232. lib. 6. & seqq. in proposito adhiberi solet distinctio inter nominationem necessariam, & voluntariam, quasi quod in primo casu conclusio procedat, non autem in secundo, ad quod conferunt, quæ ex Amat. ref. 21. & alitis, habentur in materia obligationis causativæ, seu occasionalis deduct. sub tit. de Regalib. ad materiam officiorum disc. 8. & 9. quod scilicet conclusio fu-

BONON. PRÆDII PRO CAMILLA ZAMBECCARIA CUM CAMILLO SCAPIO.

Casus variè decisus per Rotam.

An & quando adversus ementem bona vendita jure creditoris, venditoris creditoribus competat jus offerendi; Et quid, ubi ipsemet creditor, ad cuius instantiam venditio facta est, emptor quoque existat sub alterius simulato nomine.

S U M M A R I U M.

- F Acti series. Resolutions cause. Quando venditio subasta est nulla, competit sine dubio jus offerendi, & de ratione. Regula est, ut contra ementem jure creditoris non detur jus offerendi. Quid contra ipsam creditorem ementem, ut competat. Creditor potest licitari tanquam quilibet extraneus. Conclusio, de qua n. 6. procedit solum præsumptivo. Declaratur conclusio, de qua num. 6. ut non procedat, quando emit per alium. De declaratione hujus conclusionis, & quando procedat. In eadem persona materiali dantur plures persone formales. Quando propriè dicatur fieri venditio jure creditoris. Declaratur conclusio, de qua n. 8.

D I S C. XXXI.

S ubhastato ad instantiam Camilli, & fratrum contro verso prædio, illius licitator fuit Dominicus, qui illic ad aliquos menses pro eodem pretio illud cædit eidem Camillo, contra quem Camilla creditrix ejus, qui subhastationem passus fuerat, jus offerendi intentavit, atque in partibus obtinuit; Introducta verò per appellationem causa in Rota coram Bevilacqua sub die 15. Martii 1660. pro dicti juris offerendi exclusione ad favorem Rei, & possessoris prodit resolutio, à qua tamen in repositione sub die 18. Februarii 1661. recessum fuit, respondendo pro confirmatione sententiæ ad favorem Camille, atque in hoc statu causa per concordiam terminata fuit.

Mihi pro Camilla scribenti, reflectendo etiam ad solam veritatem, probabilior videbatur posterior resolutio alique necessitate altioris inspectionis in hujusmodi disputationibus assumptæ super competentia hujus juris adversus ipsum creditorem per seipsum, vel alium licitantem, ut infra, ex solo plano, ac certo motivo nullitatis dictæ subhastationis, ex pluribus defectibus resultantis; Illa enim posita, de plano resultat competentia juris offerendi, non attendito, quod agatur de venditione facta jure creditoris, ex ea clara ratione, quod stante nullitate, dominium addicatum non fuit à debitore, neque transfusum in emptorem, qui proinde verè talis dici non potest, sed nudus detentor, juxta dec. 224. Franch. cum concordant. collectis per Posth. de subhastat. inspect. 17. num. 121. & seqq. Arias de Meia lib. 1. var. cap. 28. Carleval. de judic. tom. 2. disp. 24. num. 7. cum seqq. Fontanell. dec. 435. & 436. & Rota sæpius præsertim in Anconitana bonorum coram Bichio dec. 108. apud Posth. de subhastat. repetit. dec. 61. post Merlin. de pignor. & in hujus causæ secunda decisione, cum sit conclusio nullam habens difficultatem.

Quatenus verò, cessante hoc motivo pertinet ad punctum juris offerendi adversus validè ementem bona sub publica hasta vendita jure creditoris; Non dubitatur hinc inde de regula juris offerendi exclusivæ, quatenus de tertio licitatore ageretur, juxta claram dispositionem text. in l. 1. & 2. C. si antiquior credit. cum concord. apud Franch. dec. 69. & plenius, magisque ex professo per Rotam apud Duran. dec. 445. cum qua passim proceditur, utpotè in materia magistratili. Verùm quæstio erat, an eadem regula procederet, ubi ipsemet creditor, ad cuius instantiam fit venditio, licitasset, an scilicet jure cujuslibet licitatoris habendus esset, vel potius præsumendum sit cum licitasse, pignoris conservandi gratia, non autem animo acquiendi dominium, diversamque personam emptoris induendi juxta celebrem, ac magistralem decis. 69. Franch. super qua modernio-

per resolutione obligationis causativæ ob cessantem possessionem rei, cuius intuitu obligatio facta est, procederet, ubi res cesset casu, vel facto tertijuxta ea, quæ habentur supra in Sutrina disc. 23. secus autem, ubi provenit ex causa merè voluntaria; Nihilominus in his terminis, quando emptor declaravit pro alio acquirere, emendo scilicet pro persona nominanda, tunc ista opinio Alex. est rejecta, juxta firmata in allegata dec. 227. Gregorii, quæ tanquam magistratilis in Curia circumfertur, passimque recepta est.

Potissimè verò eam procedere dicebam in hac facti specie, in qua agebatur de nominatione ferè instantanea post biduum, ex qua observantia, clara defumebatur voluntas emptoris gerendi actum alieno nomine, unde propterea non intrabat difficultas, quæ forsitan cadere posset, ubi post notabile intervallum hujusmodi nominatio tanquam species novæ venditionis facta esset.

In contrarium scribentes deducebat auctoritatem Gabrielis conf. 80. nu. 4. lib. 1. Martæ voto 127. dec. 64. n. 7. 169. n. 2. ac etiam Rotæ dec. 266. nu. 1. par. 4. rec. tom. 2. in quibus firmatur emptorem pro persona nominanda dici verum dominum, & emptorem; Verùm facilis erat solutio ex earundem auctoritatum lectura, cum percutiam tempus intermedium inter emptionem, & nominationem, in quo tempore, tam quoad fructus, quam quoad onera, & reliquum jus tam activum, quam passivum, ille dicitur emptor, & dominus, sed punctus est post factam nominationem, & ab eo tempore citrà, in quibus terminis dictæ auctoritates non loquuntur, sed potius præsupponunt contrarium, ut præsertim habetur dec. 615. n. 1. par. 2. recent. quæ per eosdem scribentes allegabatur.

Replicabant iidem, hæc procedere, ubi emptio facta esset pro persona nominanda simpliciter, secus autem, ubi pro se, & persona, seu personis nominandis, quasi quod isto secundo casu (qualis erat præsens) nominans adhuc post factam nominationem remaneret emptor, juxta decisionem 40. Orthoboni dec. 208. par. 4. rec. Sed pariter minus tutum fundamentum erat, quoniam casus dictæ decisionis est ille, de quo actum habetur in Romana participationis sub tit. de locat. ubi scilicet quis suscipit appallum pro se, & nominandis ipso etiam contracto permanente; Atque ita decisum 17. Maii 1662. Celso apud eum dec. 377. neque scio, an causa ulteriorem progressum habuerit.

ANNOT. AD DISC. XXIX. & XXX.

De emptione facta pro persona nominanda, habetur etiam actum in hoc tit. de empr. disc. 50. ubi an teneatur de evictione, qui emendo rem pro persona nominanda, alterum nominavit, cum aliqua alteratione pretii, & pactorum.

ROMANA MANUENTIONIS PRO FRANCISCO GULIELMO. CUM N.

Casus disputatus coram Prælo judice Commissario, credo pro Francisco resolutus.

De eadem materia emptionis factæ pro persona nominanda, an fieri possit nominatio post annum.

S U M M A R I U M.

- C Asus controversæ. An & quando facta emptione pro persona nominanda fieri possit nominatio post annum. Declaratur quando, & ad quem effectum dicta questio intrat. Quando secundo. creditoris competat jus offerendi adversus emptorem.

D I S C. XXX.

FACTA per N. emptione pro persona nominanda cujusdam vineæ subhastate ad instantiam Guglielmi creditoris, subsequuta post annum nominatione in persona ejusdem Guglielmi; Cum hic à priori domino, qui subhastationem passus fuerat, in possessione turbaretur, unde manutionis remedium intentavit, de ejus non jure per alteram partem opponebatur, quod non esset legitimus emptor, stante quod nominatio facta erat post annum, quando amplius fieri non potest juxta opinionem, quæ magis communis videtur ex deductis per Surd. dec. 226.

Scribens pro Guglielmo dicebam, quod quidquid sit de hujus-

hujusmodi quæstione in abstracto, in qua ut etiam post annum talis nominatio fieri possit plures tenent, de quibus apud eundem Surd. & Riminald. jun. conf. 163. in fine; Id procedit in dubio, & ubi nominatio nullus est iussu admniculis, ac præsumptionibus suadentibus, revera ementem, non pro se, sed pro nominato emisse, quamvis ex negligentia nominatio ita dilata esset, ut ex Dec. conf. 543. n. 12. cum seqq. & allis bene probat eundem Surd. dec. 325.

Id autem in præsentem concurrebat ex pluribus admniculis, & circumstantiis; Primò scilicet, quod per dictum oblatorem nullum fuit solutum pretium, quod Guglielmus creditor ita tacite sibi ipsi solvit; Secundò, quod dictus emptor nunquam possedit, duas circumstantias in specie ponderat Surd. ubi sup. Tertio ex verisimilitudine oriente à communi usu; Licet enim juxta receptam opinionem creditores, ad quorum instantiam sunt subhastationes non prohibeantur tanquam tertii publicè, & palam offerre, atque cum alio licitatoribus concurrere; At tamen frequentius id agere solent mediante aliqua persona supposita offerente pro persona nominanda juxta casum text. in l. & qui sub imagine, C. de distract. pignor. Quamvis verè ille sit potius abusus, ac indolè vulgi cautela præjudicialis, quoniam emendo per seipsum publicè, & palam tanquam tertii oblatore probabilius eximuntur à jure offerendi, illique præjudicium, quibus subiacent ita emendo per interpositas personas, ex deductis in Bonon. prædii 15. Martii 1660. & 18. Februarii 1661. coram Bevilacqua, editis in causa, de qua infra disc. seqq.

Unde quicquid sit de actu bene, vel malè gesto ad alios effectus, cum id de facto sit frequens, satis tamen attendendum est pro admniculo veritatis, seu agentium voluntatis, pro qua metienda non attenditur, quomodo actus melius fieri debeat, sed quomodo solet, sive qualis esset facientis opinio, quamvis falsa, ideòque ex omnibus dictis circumstantiis infirmis unitis, dicta nominatio, utpotè satis admniculata, videbatur attendenda, quamvis post quod annum.

Cessabat propterea omnis difficultas, quoniam hujusmodi quæstio intrat, ubi agitur de jure tertii, cujus inserit rei emptæ dominium, & emptori non autem nominato quæstum esse cum impedimento retroactionis, itant nominatio de altero facta, speciem novæ venditionis habeat sub hoc vocabulo palliatæ, ad fraudandos forsitan creditores emptoris nominantis, vel ad fraudandum gabellam contractu, quæ in casu verè nominationis unica debetur, cum unicus reputetur contractus pro nominatum ab initio gestus per medium, seu organum nominantis, ubi verò nominatio non est legitima, sed continet speciem novæ venditionis ita palliatæ, gabella debetur publicata cum similibus, quæ tertii frandem, vel præjudicium continere possunt, atque ad istos effectus loquuntur DD. hujusmodi quæstiones tractantes, ut habetur sub tit. de locat.

Secus autem, ubi hoc tertii præjudicium cessat, atque id opponitur ab eo, cujus nihil interest, venditionem ab initio substantiatam esse in nominante, vel in nominato, quoniam utcumque sit, semper ille eandem actionem exercere potest, cum dilemmate, quod in præsentem deducebam; Aut enim nominatio est bene facta, & nominatus rectè agit ex persona propria tanquam emptor ab initio; Aut non est bene facta, ita ut resolvatur in novam emptionem, seu cessionem sibi factam à primo emptore, & pariter tanquam cessionarius, atque istius nomine exercere potest omnia jura ejus auctori competentia, ut de cessionario agente etiam in possessore (saltem sub nomine cedentis, & tanquam istius procuratore de rem propriam, post Menoch. & alios habetur apud Posth. de manut. obser. 55. n. 13.

Quinimo observabam, speciem calumnix, ac malignitatis in obfiter dignosci, hujusmodi punctum assumendum (nisi diceretur esse potius ignorantiam sui defensoris) cum sibi magis expediret ipsum creditorem, ad cuius instantiam facta erat subhastatio censei emptorem ab initio, sub alterius simulato nomine, quoniam tali casu intrare poterat remedium juris offerendi, quod secundo creditoris competit ipsi etiam debitori proficuum, quod negatur in altero, quando scilicet tertius verè emit pro seipso, & deinde ex intervallo (cessante simulatione ab initio) per novam conventionem eandem rem vendit creditori, ad cuius instantiam subhastata fuerat, ut ita distinguendo habetur in allegatis decisionibus editis in Bonon. prædii coram Bevilacqua, de qua infra disc. seqq.